



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Malachias Ep. 5. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

610 *Vite Sanctorum.* 5.NOV.
tem etiam in conjugio coluit. GALA-
TIONE exinde inter monachos abdi-
to ipsa, inter virgines velatas vixit, ab-
ductaq; per visum cùm marito in cœ-
lestia palatia, jussaque coronam spera-
re, etiam ad sanguinem DEO litandum
animum erexit. Etenim eunte ad tri-
bunal impium GALATIONE, domi
passu virum mulier secuta, negavit re-
detè facere conjugem, si sine conjugé ad
coronam aspiraret, quam nuper utriq;
cælum promisisset. Et verò hanc non
minùs sponsæ quām sponso deberi.
Itaque cùm, ut in lecto casto, ita etiam
tormentis omnibus socia esset, post
corpus virgis concisum, post infixas
sub ungues spinas, linguā primo & pe-
dibus manibusque, pò t capite etiam
funt truncati, felicissimi conjuges &
sine filiis morituri, nisi hoc, in quos
omnia bona sparserant, pauperes ne-
garent. *Ex Metaphr.*

S. MALACHIAS EP. 5.Novembri.

A Des turba literaria, &c, si placet,
Acuntem ad ludum puerulum MA-
LACHIAM comitare. Vides ex viâ
subsistentem, & passis brachiis identi-
dem non Apollini sed Numini suppli-
cem? O plures sic ad scholas itarent,
ut plures inde Malachiæ redirent.
Nunc unicum laudamus, qui Sacerdo-
tio à Musis donatus sororem è piacu-
laribus

6.NOV. *Vitæ Sanctorum.* 611
laribus flammis facto sacrificio exemit,
mox patriæ (Hiberniæ) Episcopatum
tulit. Verum uti honor artes alit, ita
invidiam provocat. Capiti MALA-
CHIÆ plures insidias posuerunt, ut
ipsius infulâ suum tegerent caput. Sed
cælum pro virtute pugnavit. Nam-
dum MALACHIAS ad asylon tem-
plum confugit, tempestas omnes ejus
hostes fulminavit, lacerosque eorum
artus hinc inde stipitibus arborum ad
cogitati parricidii infamiam suspendit.
Sed & mulier, quæ lingua in Divum
armaverat, putrefactare hanc sensit, ut
oris virulentam infamiam graveolen-
tia proderet. Alios oculorum orbitas,
ferrum alios ignesque & dæmoni ma-
lus sunt ulti. Ita omnibus periculis
subductum caput in tutas latebras
Claram Vallem tulit, & ut securum
jam esset, cucullo abdidit. Morienti o-
culos clausit D. Bernardus, quem quia
præconem laudum etiam suarum ha-
bere meruit, non jam Achilli Home-
rum puto in videbit. *Ex S.Bern.*

S. ANDREAS FVNDANVS EP.
6. Novembris.

R Ectè dixit, qui dixit primum ad
lapsum gradum esse, occasionem
non fugere. Id si homines inficias ire
velint, ecce mali dæmones ulti fa-
tcebuntur. ANDREAS omnibus virtu-
tibus,